

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Non vulganga consilia. Emblema XII.


[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

res apud Ægyptios mysterij habuerit .
De silentij utilitate præterea vide Gellium
lib. 11. cap. 10. Plin. 3. cap. 5. & 28. cap. 6.
Prouerbiū, Tutum silentij præmium . At
ne de silentio ipso nimis verbosus sim , iā-
iam silebo, vbi prius hoc vnum imprimā ,

semper esse tacendum, nisi eam taciturni-
tas nocet ipso Salomone docēte, Prouerb.
21. Qui custodit os suum , et linguam suā ,
custodit ab angustijs animam suam . Et
Proximus ille Deo , qui scit ratione ta-
cere .

Non vulganda consilia.

EMBLEMA XII.



LIMINE quod cæco, obscura & caligine monstrum
Gnosi acis clausit Dædalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in prælia gessat,
Semiuiroq; nitent signa superba boue:
Nosq; monent, debere Ducem secreta latere
Consilia: auctori cognita techna nocet.

COMMENTARI I.

1. **D**EPINGITVR signum militare quodam seu tabernaculo collocata, hastæ-
Romanorum, aquila scilicet, laurea- que imposita, cuius ima pars præpilata
ta, expansis alis, volanti similis in facello est, & terræ infixæ. In ædicula autem illa,
E 4 imago

imago est Minotauri, bouis nimirum humana facie, promissa barba praediti. Hanc elegantem picturam Dn. Pignorio debemus, in ceteris enim editionibus omnibus, pro Minotauro Centaurus videtur expressus, & in ea vexilli specie, quam veteres nusquam agnouisse testatur. Porro qui de imagine Minotauri plura volunt, ablegantur ad Dialogos A. Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, qui Alciatum praepotorem ita proximè premit, ut non secundus, sed alter ab illo sit. An verò in eadem aedícula cum aquila effigiebantur caetera signa priscae vstitata, ut Lupi, Minotauri, Equi, Apri, dabitur me reddidit locus Plinij, quem habet lib. 10. cap. 4. vbi aliquando aquilam solam exercitum comitatum, relictis in castris caeteris signis, lego. Sed hæc *ἄσπιδος*. Hæc Minotauri imago reuocat mihi in memoriam nummum quendam, quem mihi aliquando Bolzani ostendit Generosus Dn. Marcus Sirticus Baro è VVolekenstien &c. qui inter caeteros aureos, argenteos, aereos nummos (quorum ille antiquitatis amore, tantum congeffit numerum, ut iustum iumentum onus exequare possit) protulit quendam, cuius ignotum metallum, colore enim cuprum emulatur, sed durici etiam marmor vincere videtur: in hoc effigies apparet semiequi, pedibus solum anter oribus, collo iubato, auriculis equinis, & facie humana, ut hic in Minotauro videre est; litteras in circumferentia vetustas exedit. Quamam hæc sit figura, ego anceps, Iubens alios audiam. Quoad *εἰς ἄσπιδος*, hanc generaliore censect Sanctius, quam pro Emblematis sensu: Nam dicendum fuerat, *Non vulganda consilia ducunt*. Sed nodum in serpo.

II.
Fons Emblematis.

DESVMPTVM videtur hoc Emblemata ex lib. 11. Sexti Pompei Festi, dictio ne Minotaurus, cuius hæc sunt verba: Minotauri effigies inter signa militaria est, quoniam non minus occulta esse debent consilia ducunt, quam fuit domicilium eius, labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus, cum Pasiphae Minois regis vxor dicitur concubuisse cum Tauro. Sed affirmant alij Taurum fuisse nomen adulteri. Idem & ex Vegetio 3. de re militari, cap. 6. haberi potest: Tutissimum, inquit ille, in expeditionibus creditur facienda nefciri. Ob hoc veteres Minotauri signum in legionibus habuerunt: ut quemadmo-

dum ille in intimo & secretissimo labyrintho abditus perhibetur: ita ducis consilium semper essent occultum. Hæc ille. Hinc sapiens Imperator Q. Cæcilius Merellus Macedonicus, percunctantibus Tribunis, quoniam exercitum huc illuc agitare? Si putarem, inquit, tunicam meam meorum consiliorum esse conficiam, eam actu tum exuerem, cinnbuteremq; Quod argutum responsum extollitur etiam à Crinito lib. 19. cap. 7. Et Antigonus Macedonum Rex Philippo filio multis praesentibus interroganti, ac dicenti: Quando castra mouebimus? Nihil aliud respondit, quam, Num metuis, ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperitiam, qui de hoc patrem multis audientibus percontaretur, cum in bello maximè celanda sint consilia principum. Hæc quidem bellè dici putat Lipsius, sed vnde praesentibus illis Romanis Minotaurus, & fabella hæc innotuerit, dubitat. Vnde veretur, ne non Minotaurus, sed Taurus fuerit, robustum ac ferrox animal, atq; aptum pugnae, & bellicosus viris maximè congruum, propter ingenium dimicationem amplectens: sparsa siquidem in altum arena, eoque simul adfessè de imperio certat, cornibus in prociectu manentibus dum aduersarius accinctus duello, ut explicat Simon Forcatulus lib. 6. de Gallor. imp. & Philos. De signis militaribus pulchra habes apud Robertum Valturium de re militari lib. 10. Ioan. Antonium Valturium. lib. 3. cap. 9. de re militari Romanorum, & apud Guidonem Paucitollum, eiusq; doctissimum scholiasten, & alios.

LIMINE quod cæco Ge. J Descriptio periphraistica labyrinthi, in quo reclusus fuit Minotaurus. Est autem labyrinthus Isidorus lib. 15. c. 2. perplexum parietibus aedificium. Ouidio multiplex domus, cæca tecta, & limina flexu ducta

----- in errorem variarum ambage viarum. Virgilio,

Labor ille domus, & inextricabilis error.
Horum quatuor celebrantur ita constructi, ut disfoluere eos nec vlla quidem saccula possint. Primus Aegyptius, in cuius medio pro numero praefecturarum 37. erant aulae, in quibus Aegypti praefecti sepelebantur. Vix erant longæ, tortuosæ, & subterraneæ, quæ ad domos illas perfossis cuniculis ducebant: ceterum adeo intricatae,

Lipsij
notura.

III

Labyrinthus.

Aegyptius.

caræ, vt qui has ingressus eſſet, inexplicabili errore duceretur, & exitum inuenire nequiret. Ideoq; labyrinthum appellabant. Portam habebat ex Pario marmore candidiſſimo. Feſſus iam eundo cum quis ad viarum finem perueniſſet, deſerebatur ad porticum columnis de Porphyrite lapide conſpicuam, quæ nonagenis gradibus aſcendebatur. Inde perueniebatur in aulam ſine cœnaculum marmoreum, pulcherrimis ſimulacris & ſtatuis ornatum; ſed & viæ ſeu meatus illi erant marmorei, aut lapide polito fornicibus teſti, quedam etiam fores adaperæ eiſmodi edebant ſonum, ac ſi tonitru intus terribile exiſteret. Contigua huic labyrintho erat pyramis ampla, latitudine quaqua verſum quatuor iugera ſoli obtinens, altitudine octo: in qua Rex ille, qui labyrinthum iſtum fecerat, erat ſepultus. Hinc vtiq; ſumpſit Dædalus exemplar alterius labyrinthi, quem fecit in Creta, ſed ceneſum tantum portionẽ eius imitatus, vt Herodotus, Plinius, & alij tradiderunt. Tertius fuit in Lemno. Quartum Porſena Hetrurix Rex ſepulchri cauſa ſibi fecit. Gallica magnificẽtia externorum Regum vanitatem longẽ ſuperante. Moles fuit ſub vrbe Cluſio, lapidẽ quadra- to, è quo ſine lini glomere exitus non dabatur. Pyramidum in eo ſitarum altitudinem M. Varronem pudit adijcere, ſaſti- giatum opus alijs deſcribentem, & in ſumo orbem æneũ, ex quo excepta cathenu- lis tintinnabula vento agitata longẽ ſonitus referebant. De labyrinthis plura vide apud Plin. lib. 10. c. 4. & lib. 36. cap. 13. Iſidorum lib. 13. cap. 2. Chaffaneum in cata- logo gloriæ mundi, part. 12. confid. 73. Pomp. Melam lib. de ſitu orb. 1. c. 9.

lib. 1. fabuloſ. narrat. Ouid. 8. Metam. Vir- gil. 6. Æneid. Diodor. lib. 5. Ouid. 2. De arte:

Dædalus ocluſis cõceptum ſemine matris, Semibouemq; virũ, ſemivirumq; bouem.

Plutarchus in vita Theſei aſſerit, ex Paſi- phæis & Tauri, quã dux erat Regis Minois, aduſterio conceptum fuiſſe Minotaurum. Monſtra autem vocantur errores nature. Facit enim caſus errorem in natura: ſicut fortuna parit errorem in homine: vt cum bonus alioqui Grammaticus, tamen barba- riſmum vel ſolæciſmum loquendo teme- rẽ facit. Phyſici monſtra vocant ea corpo- rẽ naturalia, quæ non habent iuſtum ſitum membrorum, neq; conſuetam naturæ pro- portionem partium.

Gnoſiacis latebris] In clauſo & obſcuro carcere labyrinthi Cretenſis. Gnoſus, ſiue Cnoſus, ſeu Cnoſſus, vrbs eſt Cretæ inſu- læ, olim Cerathus dicta, nunc Caudida; quondam Minois regia. Vnde Gnoſus, Gnoſius, & Gnoſiacus, adiectiua.

Dædalus] Dædalus (vt ex Chroniciſis Eu- ſebij diſcitur) tempore Gedeonis Hebræo- rum ducis claruit. Athenienſis fuit, Mitro- nis filius, faber ingeniouſiſſimus, cuius in- uenta plurima narrat Plin. lib. 7. cap. 56. Viſus eſt is ſimulacra feciſſe ſeſe mouëtia. Labyrinthum in Creta fecit, in quem poſt occiſum à Theſeo Minotaurum, vnã cum Icaro filio incluſus eſt: vnde cum auſugif- ſet, propter inſerutabilem ſigam (vt ait Palephatus) pennis auolaſſe exiſtimatus eſt. De quo plura infra.

Romana Phalanx] Exercitus Roma- nus. *Φάλαγξ*, agmen militare, quo Macedones vtebantur, vt legione Romani. Li- uius appellat cuneum & aciem militarem, connexionẽ atq; teſtudine quadrata mili- tum. Continebat phalanx octo millia at- matorum. Verba Q. Curtij: Macedones Phalanges vocant peditum ſtabile agmen, vbi vir viro, armis arma conſerta ſunt. Idẽ lib. 3. Alexander phalãgem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte conſti- tuit. Non ignorandum, veteres lignis cor- nyniſ; id eſt, clauis depugnare conſueuiſ- ſe, quæ ratio militum phalangibus nomi- nis cauſam præſtitiſe creditur, ſiquidem ligna vocantur phalangia. Argumento eſt, quod ex materia compactas ſubſtructio- nes etiam phalanges vocitamus: & quæ nauibus ſubiiciuntur hermata, id eſt, ſuſten- tacula,

Monſtrum

Gnoſus

Dædalus

Phalanx

Creticus.

In Lemno.

Gallicus.

Minotaurus.

Phalanx
animal.

tacula, dicuntur item phalangia. Inde forsan phalangia nuncupata, quæ è trabis telas contextunt; animal est simile araneo, de quo Cælius Rhodig. lib. 7. cap. 16. hanc narrat fabellam. Scribunt Græci, fuisse in Attica Phalanga quædam, cui foret Arachne foror: cum verò ab Minerva hoplomachiam peulidicisset Phalanx, & telæ artificium Arachne, matrimonio se inuicè obstrinxere; indignata Dea, in reptile genus utrumq; deformauit, quod à fœtu deuoretur suo. Ad digitos quin etiam vocem hanc reuocat Aristoteles: Nam qua flexus constat, condylus (inquit) appellatur; qua non flectitur, phalanx.

Phalanx
i uerbo
dium.

Semi virosq; boue] Alludit ad illud carmen Ouidij, quod supra retulimus ex 2. Artis:

Semibouemq; virum, semivirumq; bouem. Qui quidem versuculus ex illis est, quos amici Ouidij ex ipsius operibus sublato volebant. Qua de re extant verba Senecæ 2. Declamat. lib. in hunc modum: Rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, petiit inuicem, vt tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conscripterunt illi quos tolli vellent secretò, hic quos tutos esse vellet: in vtrisque codicillis idem versus erant. Ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedito, qui inter arbitros fuit:

Ouidij
ver
gutia.

Semibouemq; virum, semivirumq; bouem. Secundum:

Egelidum Boream, egelidumq; Notum.

Ex quo apparet summi ingenij viro nõ iudicium defuisse ad compescendam licentiã carminum suorum, sed animum. Aiebat in terim decentiorem esse faciem, in qua aliquis nequus esset. Hæc Seneca.

Signa superba] militaria signa, conspicua, in altum erecta.

Auctori cognita techna nocet] Consilium ducis de re dubia vel periculosa si detegatur ante tempus, nocet ei, qui detexerit. Τεχνη, ars, artificium; aliquando prodolo, astutia, impostura, caquillatione, fraude artificiosa; officina (vt inquit Plautus) quemadmodum Ars, apud Latinos, quale est illud: Sic ars deluditur arte. Vtuntur & Latini Græca dictione. Terent. in Eunucho: Tam scio hanc technam à Parmenone profectam, quam me viuere. Et in Proverbijs. Technam hanc in te struxisti

Techna.

IV.

EPIGRAPHE Emblematis fatis ma-

nifestat, quidnam sibi velle Auctor, nimirum quod non minus occulta esse debeant consilia Ducum & Principum, quam fuerit olim domicilium Minotauri labyrinthus: idque vel maximè in bellicis expeditionibus obseruari debet. Vt enim momenti plurimum ad victoriam habet taciturnitas, ita sæpenumerò ingentes adfert calamitates linguæ intemperantia. Dion auctor est, Tiberium Cæsarem, cum aliquando apud eum quispiam percontaretur, quid causa esset, cur sua consilia minime committeret ijs, quibus tunc fidere poterat, respondisse: Aut nulli, aut paucis cognitum esse oportere Principis consilium. Hinc festiuè, vt omnia, Plautus in Milite:

Nam bene consultum, in consultum est, si inimicis sit vsui:

Neq; potest, quin, si id inimicis vsui est, obstit mihi.

Nam bonum consilium surripitur sapientè, si minus cum cura aut casalogo loquendè lectum id est:

Quippe si rescuerint inimici e consiliū tuū, Tuoque tibi consilio occludunt linguam, & constringunt manus.

Atq; eadem, qua illis voluisti facere, faciunt tibi.

Siquidem reuelata & aperta consilia, non modo Rempub. totam, sed & ipsum haud rarò proditorem pessundabunt. Hoc enim modo iusturandum illud, ne arcana panderet, violans, facillè suo ipsius indicio, & proptijs peribit armis. Non itaq; temerè hi, qui aduis negotijs præsunt, animi consultationes, neq; intus etiam amicis committere debent. Etenim σὺ μὲν εἰς τὸν ἰσὶ χρήμα. Consultor res est sacra: proinde non cuius communicanda Plutarch. περὶ πολυπραγμοσύνης. εἰ τὰ τῶν μεγάλων κατὰ ζήτωντες. προαναλίσκωσι τῆς γνώσεως εαυτῶν. Qui potentiorū mala inquirunt, sepe ante seipsum pessundant, quàm cognouerint quod quærebant. Etenim qui solis radios, & splendorem omnibus apertum diffusumque nolunt intueri, sed ad ipsum solem conuertunt oculorum aciem, excecantur. Itaq; Philippus des Comicus, cum Lyfimachus ipse dixisset, se velle de suis aliquid rebus impartiri: quid vis (inquit) Rex, modò ne quid piam arcana. Que enim suauissima & visu pulcherrima Reges habent, ea liberè ostentari volunt, vt splendida conuiuia, opes, munificentiam:

Principi
consilia oc
cultanda.Philippi
des Comi
cus apud
Lyfima
chium.

centiam: si quid autem sit arcani, id quidem non est inuocandum, neq; vel minimū attingendum, &c. Noca est historia de Fulvio, cui pessimē cecidit, quod arcanum Principis Augusti Octauij credere vxori non dubitasset. Nam

Fulvio male cecidit ob detestari principis arcanum.

Abiq; graui nullus vetozie secreta periculo, Famineo, cum sit garrula lingua, gragi. Nos Germani sic efferimus.

VVillsta vvas verschvovigens haben,

Solthue es deinem vveibe sagen,

Das bleibt bey ihr also verschlossen,

Als vvasasser in ein sib gegossen.

Scribit Q. Curtius lib. 4. de Alexandri rebus gestis, Persarum morem esse, vt arcana regum mira fide celet: vt non metus neq; ipse vocem eliciat, qua prodantur occultas; vetus enim disciplina Regum silentium vite periculo sanxerat. Linguam grauius castigari, quam vllam probum: nec magnam rem sustineri posse putant ab eo cu tacere graue sit, quod homini facillimum natura esse voluerit: hac ille. Huc reponenda verba Cassiodori ex formula

Cassiodorus.

Notariorum, libro sexto Variarum: Non dubium est, ait, ornare subiectos Principis secretum, dum nullis est imantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati. Publicum est quidem omne quod agimus: sed multa non sunt ante scieda, nisi cum fuerint Deo auxiliante perfecta: quæ tanto plus debent occuli, quanto amplius desiderantur agnosci, Regis consilium solos decet scire grauissimos. Initari debent armata, quæ continent monumenta chartarum, vt quando ab ipsis aliqua instructio quaeritur, tunc loquantur. Totum autem dissimulare debent, quasi scientes nesciant. Nam sollicitis inquisitoribus sæpe & vultu proditur quod taceatur, &c. Leo imperator, lib. De bellico apparatu: In rebus (ait) occultis & abditis fideles adhibe tibi & temperantes viros, & taciturnos, & qui in sua non aliorum potestate sunt, cum secreta res istæ, vt secretiores fiant, minimè ad cognoscendum multitudinem indigent. Onolander lib. De optimo Imperatore, ca. De consilijs non euulgandis, scribit; Sculti inconsideratiq; esse, temerè in vulgus consiliū promere, & multitudini arcanū intempèstine committere. Improbium & qui de Repub. malè sentiunt, eiusmodi obseruat occaliones: quas nacti, in hostes cõfessum transfugiant, eū nunciū

allaturi, vnde sibi honores & præmia consequi posse tentur. Nec fuit vnquam vllis exercitus, de quo plerasque ob causas rum liberi, tum serui in hostes haud cõmigrant: vbi præsertim arcanū aliquid atq; serium tractari sentiunt, vel cõferendi manum & præliandi tēpus aduentare animadnertunt. Hæc ferè ille. Carterū acerba certe lex fuit olim apud Ægyptios, qua iubebatur ijs abscindi linguam, qui Reipubl. arcana, quæ recta esse oporteret, alicui detexissent, vt retulit Diodor. Siculus. Laudabile fuit institutum maiorum, quo obseruabatur, vt si quis de Rep. quid piam sciret rumore, alio modo, id ad magistratum deferret antea, neve cura alio quam communicaret, ne inde publicis rebus detrimenti aliquid importaretur. Magistratus quæ accepisset, vel occultaret, si ita videretur, vel multitudini prodederet. Eam ob rem Athenis, cum hospes venisset in officinam tonforis, narrare cepit victos esse Athenienses in Sicilia: tonfor statim ad magistratum renunciauit: hospes, quia non satis constanter affirmaret, vel quia vrbem totam eo rumore per turbasset, vinctus, torusque est, donec certiore nuncio de vero constitisset. Reuera multum refert in rebus tam magni momenti non temerè spargi rumores falsos, vel parum veri similes: vnde ex summa profusaque læritia mæror acerbissimus, summaque consternatio: aut contrà, ex mærore læritia nimia & immoderata; quo nihil vel corporum valetudini, vel publicæ securitati perniciosius. Referrem exemplum Val. Maximi de Pablo Vatierno, sed obuium est cuique, lib. 1. cap. 8: cui etiam argumento bellè conuenit, quod idem scribit in libro 2. Valerius: singula enim exscribere non vacat. Interea tamen non prætermittam, quod habet Ammian. Marcellin. 21. apud Persas neminem consiliorum fuisse conscium, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentij quoque numen coleretur. Vide Vegetium De re militari cap. 6. lib. 3. Frontin. Stratagem. lib. 1. cap. 1. Hæc cum esse commentatus, illud iterum succurrit ex Platonis Theage: *Consilia rem esse sacram.* id est: *σύμβουλον ἱερὸν εἶναι χρῆμα.* Cui conuenit, quod effertur e Menandri *γνώμῃς: ἱερὸν δὲ τῶν δῶς ἐστὶν ἡ συμβουλίᾳ.* Repertur & in Xenoc-

Seneca Aegyptiorum lexo

Cassiana res sacra.